



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit: arcum suum tenet  
dit, & parauit illum.

Hebrae sic: Si non conuertet, gladium suum acuet. Quanq[ue] & qui auct[us] est  
exploit gladium, reddit eum uibrantem, ut nō longe differt acuere & uibrare.  
Illiud, si non conuertet, dubium est, an ad dei comminationem, uel ad impium  
conuertendum pertineat. Licer Hieronymus referat ad conuertendum, dicens:  
Non conuertenti gladium suum acuet. Forte absolutum uerbum est, uel  
Si non conuertet, id est, si non erit conuersio. Verum siue dicas, nisi conuerte  
fueritis, siue, non conuertent, siue, si non erit conuersio, nihil perit lenientia  
quam potius uideamus.

Gladius dei  
quid.

Propheta ex crassa & humana similitudine desumit pro terrore incutiendo  
do ceterinā, quia contra insensatos & induratos loquitur, qui iudicis diuinis uis  
ritatem (de q[uo]d predixerat) non capiunt, nisi humanae seueritatis usu indicatam,  
Ideo non uitram, non baculum, non deniq[ue] ullam adducit inter homines de  
sciplinæ seueritatem, nisi eam quæ morte infect, gladium scilicet, & arcum, ut  
inculcer æterni iudicij, æternæ mortis, æternæ seueritatis sententiam. Quid eni  
gladius dei est, nisi uerbum iudicij æterni? De quo ad Hebreos. iiiij. Viuit eli  
fermo dei, & penetrans omni gladio bicipi, q[uo]d dicit: Ite maledicti in ignem  
æternum. Gladij enim uocabulum scindendi, & interficiendi opus consigni  
ficat, præsertim cum ad id acui, & uibrari dicatur.

Durs ceruix  
impietatis.

Ad eosdem insensatos pertinet, q[uo]d non contentus gladij intentatione, addit  
& arcum, nec arcu contentus, sagittas enim describit, adeo dura est ceruix &  
frons impietatis, ut tot comminationibus opus ei sit, nec sictamen mollecat.  
Idem autem est arcus quod gladius, uerbum scilicet iudicij, per altud, & aliud  
repetitum & significatum. Q[uo]d dicit parauit illum, idem est uerbum quod supra  
dirige iustum: ut arcum paratum intelligas, tensum & directum ad iam iam te  
riendos impios, sicut gladium uibratum ad scindendos.

Pulchre autem his uerbis iram dei proximam super impios describit, quod  
tamen non intelligent, donec senserint. Quid enim profuisset Absalom &  
Achitophel, si multa miseria annorum in sua malitia prævaluerint, & tandem  
subito gladio iræ dei in æternam mortem abscessi fuissent? Nihilominus re  
pentina & proxima eis fuisse ira uideretur. Ita Ecclesiast. v. Ne dixeris peccau,  
& quid mihi accidit triste? Misericordia enim, & ira ab illo cito approximant,  
& in peccatores respicit ira eius. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas  
de die in diem, subito enim ueniet ira illius, & in die uindictæ disperdet te.  
Et psalmo. xxxij. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de  
terra memoriam eorum.

Et in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardenter effecit.

Vas instru  
mentum he  
braismo.

Perstat in similitudine, sed apte simul æternum cruciatum exprimit, qui est  
mori & ardere. Vas hebraismo, significat omne instrumentum generali uoca  
bulo, omnium rerum, ut psal. lxx. Confitebor tibi in uasis psalmi, id est, instru  
mentis musicis. Et Ezech. ix. Et unusquisque vas intersectionis habet in manu  
sua, id est, in instrumentum mortis, seu, ad interficiendum. Sic Act. ix. Paulus  
Apostolus, vas electionis dicitur, quod ab ignariss hebrei idiomatis non intel  
ligitur idem esse, quod latine instrumentum electum, quod scilicet, eo uoluerit  
Christus